STATVTA FACVLTA

TIS ARTISTICE

1554

I

Liber Statutorum et Conclusionum

262

N. Inv. 262

Eximie domine Doctor, et magister [illegible] His dominis Baccalaureis, qui iam in examinis ad gradum magisterii sunt, quidam per me adiungi operam, et nos ut D. v. videat [illegible] admittendis decernat, hodie hora 19. ad pulsum campanulae, ad vaporarium commune collegii maioris veniat. Sub poena non contradicendi. Detur omnibus dominis omnium facultatum Doctoribus, et artium ingenuarum magistris.

Admodum Rnde Pr, Eximie Dne Doctor, et Mag. Venerabilis, adsit Humanitas Vra hodierno die in hypocausto communi Maioris Collegii, dum signum campanae datum fuerit, hora 20. ad videndum praesentari quosdam V. Dnos [illegible] laureos, ad gradum Magisterii aspirantes, illisque tentamen primum, postea vero examen concedendum. Sub poena non contradicendi. Detur Adm. Rd. Pribus, Clarissimis DD. omnium facultatum Doctoribus, & Venerabilibus artium ingenuarum Magistris etiam non salariatis.

EE. 1.6.

Ex parte Procancellarii Universitatis.

C. 1) 1

Anno domini, millesimo quingen:
tesimo quinquagesimo quarto,
in Decanatu secundo, Mgri Pe:
tri à Proboscz owice, professo:
ris Astrologiæ ordinarij, et ca:
nonici Ecclesiæ collegiatę S.
Annæ: statuta facultatis arti:
sticæ, in hanc formam pulchrio:
rem, magisq concinnam redacta
sunt.

1554

Lector quicunq huius libri futurus, ne tempus
et oculos perdat; quare Librum Statutorum
per Cl. Dnum M. Martinum Kaczerinski curabis,
velim legat. Hinc omnia curavit transcribi, atq
ex alijs collegit aliaq.

Conclusio pro regalibus Lectoribus facta, anno domini, millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo. In officio rectoratus Reverendi patris, domini Iacobi à Clepars sacrę theologiæ professoris, et canonici ecclesiæ cathedralis Cracovien. etc.

Ne studia graviora, per intermissionem quæstionum, frigidius procedant, detrimentumque Gymnasio adferant. Reverendus pater dominus Rector, ex consensu Doctorum, et Magistrorum, quibus a tota universitate, potestas in vim moderationis promovendorum huiusmodi studiorum permissa erat, decrevit; ut sequenti commutationi, et (si sufficerit) principes, collegæ regales, et qui ad duos actus obligantur, ut Canonici sancti Floriani in artibus laborantes, singuli singulas lectiones Aristotelicas profiteantur:

Item Canonici S. Floriani in artibus laborantes et ad duos actus obligantur.

tur, easdemque auditoribus suis repetant, hora a
Decano pro philosophorum exercitio deputata. In aesta-
te vigesima. In hyeme vigesima secunda.

In huiusmodi autem repetitionibus, non vana, nec
futilia adferant, quibus et ipsis tempus inutili-
ter distrahat, et iuvenum studia remorentur. Sed
diligenter observent, ut sententiam philosophi
in lectionibus enarratam retractent. Dubia cir-
ca textum occurrentia, adducant, et resolvant,
dissidentia componant. Sic enim et ipsis, et audi-
toribus mens philosophi certius innotescet, tena-
ciusque inherebit.

Ne vero huiusmodi exercitationibus quottidianis
nimium graventur, vel adeo neglecta commenta-
ria relabantur, non singulis diebus omnes, sed
bini tantum exercitabunt. Ita ut prima die
innovationis studii, duo iuniores promotione
ad huiusmodi repetitionem cum Decano in una
lectoria descendant, integraque hora exerceant,
Secunda alii duo similiter. Tertia item tertii.
Quarta ordo redeat ad primos. Quinta ad se-
cundos. Sexta ad tertios, sic in orbem perpetuo
redeundo sine intermissione horae et exercitationis
Decani.

Regii professores suo exercitio quando et quando aggredi debe[ant]

No.

Lectiones aut non semper easdem legant, sed dum una commentariorum vices legerint, sequenti alias prosequantur, sic et tertia aliquas, per eos ante non lectas, donec totus numerus libro:rum compleatur, et tum redeant ad primas, sed ne singuli ordinis, uni perpetuo easdem le:gant, ne ipsi tantum ab utilioribus commoda per:cipiant.

Intermissio / Cur institutae et quando — Diebus Canicularibus exemplo aliarum facultatum et Gymnasiorum valetudini consulentes quie:scant, sed post eos, lectiones prosequantur et exercitationes, usque ad festum sancti Michae:lis, post Assumptionis Mariae incipiendo, aut (Finis Vacationis.) post Bartholomei. In hyeme autem, si prolixum (Hyberno tempore quousque legendum?) intervallum fuerit, ad Dominicam Lętare. Si brevis, ad Palmarum, cum aliis producant labo:res, ut sic fiat compensatio laboris diebus (Cur tam diu protrahendum laborandum fuisset?) canicularibus intermissi. Qui vero per Can:iculam legerint ad ferias Exaltationis sanctae crucis continuabunt.

Hic ita Regales, et ad duos actus obligati, ut supra dictum est, observent. Quod si quis alius voluerit huiusmodi exercitationes circa libros Aristotelis facere, idem praemium ab eis, quod alii percipiat. Quae omnia ut sic proce:dant Decanus artium animadvertat. Ipse

ist

verò quaestiones Physicorum enarrans, praemittat aliquid contextus philosophi, unde quaestio nasci videtur. postea quaestionem diligenter explicet, ut profectum in auditoribus facere possit. Hora enim Exercitiorum, ne quid aliud legatur, providebit.

De Exercitijs Physicorum.

Tempore Exercitiorum nulla legi debet lectio.

Lectiones verò pro gradu Baccalaureatus sunt istae.

Grammatica Peroti, vel Ziriaci(?), vel Alberti Schebofsen(?).
Syntaxis Despauterii, vel Elegantiae Lau: Vallen:
~~Dialectica Caesarii~~ abolita. Vel Jacobi Hosperi(?) Colos. i. v. Doctoris.
Vetus ars.
Priorum.
Posteriorum.
Elenchorum.
De Anima. 1 Physicorum.
Rhetorica ad Herennium.
Philosophia Magni Alberti.
His accedunt Exercitationes. Veteris artis. Priorum, Elenchorum, Posteriorum, De anima, Physicorum. Respondens vero quadragesies ad sunt(?). Decem in superiori lectorio sub Magistris praesidentibus. Decem in inferiori lectorio, sub Baccalaureis. Decem extraordinarie sub Magistro. Decem item extraordinarie sub Baccalaureo artium.

debet pro Baccalaureatu(?)

quam die ordinarie!

+

Pro gradu vero Magisterii.

Topicorum
De Cælo et mundo
De Generatione.
Metheororum
Parvorum naturalium
Ethicorum.
Politicorum.
Aeconomicorum.
Methaphisica.
Euclides.
Perspectiva.
Arithmetica cum Musica.
Theorica Planetarum.

Exercitationes.
De Cælo.
De Generatione.
Metheororum.
Parvorum naturalium.
Methaphisica.
Tusculanæ quæstiones, pro Ethicorum quæstionibus.
Topicorum.
Physicorum.
Responsiones decem in superiori lectionis adibit, Decem item extraordinarie sub Magistro.

Disputationes item publice ab omnibus celeberrime agantur, singulis respondentibus, ad minimus duo argumenta proponendo, eaque si illi non possent sufficienter solvendo, ne iuvenes in eis tempus inutiliter collocare videantur. Præsidens suos respondentes pro viribus, cum modestia defendat, ut res melius explicetur, et occasio argumentandi præbeatur. Nec id opponentes egre ferant, quin potius solutiones approbent, aut cum modestia impugnent, si non satisfacere videbuntur.

Ne vero nomen Exercitii odiosum, adolescentes ab huiusmodi repetitionibus abstrahat, in:

tinantes pro lectionibus, qui ad exercitiorum incrementum, addant. Idem hora vigesima, praemissam lectionem per modum Epilogi repetit. Dubia item circa textum occurrentia resolvit.

Sublata sunt ad praesens pro Magistrandis quatuor Exercitia, videlicet Veteris artis, Novae Logicae, Posteriorum, De Anima, quae olim pro gradu Magisterii repetebantur. Quare interest multum Facultati Artisticae, ut pro istis exercitiis alias Lectiones pro Magistrandis introducat, ne damnificetur in solutione facultas artistica. Hoc quam fundabant maiores nostri!

Haec quatuor Exercitia Magistrandis anno domini 1554 ex speciali favore facultatis dimissa sunt, et in posterum facultas promisit sibi deliberationem, an debeant repeti per Magistrandos, vel aliae lectiones pro illis substitui.

In decanatu Magri Melchioris Petricij Skrzimen= ex mādato Mgri domini Rectoris Martini Pylznen- propter cautellam, ex Actis Acto: rum Rectoris descripta. propter Baccalaureos, publi: cas disputationes subterfugien.

Ex Actis Rectoris 1492. die Martis 19 Martij.

Pœna per Rectorem sancita in Bacc. ob non susceptam Quaestionem.

Honorabilis Mgr Matthias de Lazy coram domino personaliter comparens citatoque discreto Nicolao de Skawina artium liberalium Baccalaureo, contra ipsum proposuit quod idem M. Matthias sibi Nicolao Baccalaureo dedit et assignavit certam Quaestionem ad respondendum in Actu die Sabbati proximo ante dominicam Laetare in superiori Lectorio Collegij Maioris celebrato. Qui quidem Baccalaureus recepta huiusmodi Quaestione, ad actum sibi praefixum venire non curavit, et neglexit in vilipendium ipsius M. Matthiae et totius Universitatis Cracoviensis, ipso Nicolao confitente, verum idem allegante nihilominus, quia fuit occupatus scholasticis rebus pro tunc in scholis S. Mariae existens in absentia M. scholastici. Et Dominus Rector attenta eiusmodi levitate ipsius M. Matthiae et vilipendio studij Cracoviensis ipsum Nicolaum in pœna unius floreni condemnavit irremissibiliter persolvendum hinc ad quindeci: nam sub pœna excommunicationis. praesentibus Mro, et dni familia.

Pœna excommunicationis Magistri Rectoris [illegible]

Ex Actis Rectoris. 1504. die Martis. 3 Decemb.

Diligentia. Omnes Baccalaureos quotiescumque requisiti fuerint a Decano, [illegible] Rectoris teneri ad respondendum.

Communitas Baccalaureorum Bursae pauperum citatorum ex una et Venerabilis Mgri Nicolai de Cracovia Facultatis artium Decani partibus ex altera, occasione responsionum in Actibus Ordinarijs fiendarum in Causa dominus decrevit iuxta statuta et consuetudines Universitatis Quod deinceps Baccalaurei omnium Bursarum et hospiciorum ordinarie ad Requisitionem Decani pro tempore respondere tenebuntur, et erunt astricti [illegible].

sub pœna octo grossorum per Rectorem absque omni misericordia exigendorum. praesentibus M. Jacobo de Ilza. et familia Universitatis et domini Rectoris, et me Bernardo Notario.

Ex Actis Rectoris. 1506. die Jouis, 3 Decemb.

Christi nomine inuocato et ipsum solum Deum prae oculis habentes ex his quae vidimus in Causa coram nobis per Venerabilem dominum Magistrum Leonardum de Dobczyce Artium facultatis Decanum ab una et Laurentium de Lwowko Artium Baccalaureum ab altera partibus mota: Dicimus pronunciamus et determinamus ipsum Baccalaureum, dictum dominum Decanum publice in Actu suo circa reseruationem statutorum Baccalaureorum praesidentem plurimum laesisse, et in ordine suo et honestate turbasse et etiam dehonestasse, cumque sibi facere non licuisse neque licere. Et ob hoc ipsum Baccalaureum determinamus iuxta statuta Universitatis in decem Marcis puniendum fore et punimus per praesentes. Et insuper volumus dictus Baccalaureus praefato domino Decano in simili conuocatione ad satisfaciendum verbis dictatoriis fore cogendum prout cogimus Censura Ecclesiastica mediante.

+ Renovatio

Pœna 10 Marcarum in Baccalaureum a Rectore decreta, ob [illegible] Decanum.

Pœna Excommunicationis

Ex Actis Rectoris. 1523 die 22 Januarij.

Nicolaus de Cracovia Artium liberalium Baccalaureus ex decreto domini reponat pœnam octo grossorum occasione non susceptionis partis sibi missae a domino Decano hinc ad octauam.

Pœna Baccalaurei, ob non susceptam quaestionem.

Ex Actis Rectoris. 1521. die Augusti 21.

Venerabilis domini Magistri Martini de Cracovia Facultatis Artium Decani, nec non Communitatis Artium Baccalaureorum in Universitate Cracoviensi residentium, contra cuiusdam insolentiae

Molestia
Pœna a Rectore in Studiosum quendam decreta Marcarum 10. ob ignominiam et contumeliam Decano et Baccalaureis [illegible] illatam

tiae, ac dehonestationis actus publici, quodam die dominico certo per Baccalaureatos celebrato, lenitateque ne mediocri dictis Baccalaureis, nec ne toti Facultati Artisticae, per quendam

Studiosus ... Matthiam Konarzewski studentem Cracoviensem facto protervie et ignominiose Dominus Rector una cum Consiliariis et Decanis omnium Facultatum accepto prius super premissis sufficienti

Decretum Magnifici Rectoris testimonio dicto Matthiae Konarzewski ante omnia ut duos Baccalaureos verbis deprecatoriis sibi reconciliaret, mandavit. Quodque praefatus Matthias ibidem fecit. Insuper dictum Matthiam Konarzewski propter huiusmodi insolentias et dehonestationes per eum factas, latiusque in processu causae deductas in decem Marcis prutenicis ad formam statuti Universitatis condemnavit, condemnatumque ad reponendum dictae Universitati circa Rectorem cogit et compellit, infra hinc ad unum mensem et in continenti monitus est per certum exequutorem ut praefatas decem Marcas infra tempus sibi praefixum in manus domini Rectoris realiter et cum effectu reponeret praesentibus dominis Consiliariis Rectoris Decanis omnium Facultatum et me Casparo de Nova Civitate Notario publico.

Anno tandem domini 1522. die Martis 26 Januarii, Matthias Konarzewski Studens Universitatis nostrae Cracoviensis ad acta praesentia personaliter constitutus obligavit se satisfacere decreto de poena decem Marcarum in actis Rectoratus contenta hinc ad Octavam. Et in hanc viam de Consensu Magistri Nicolai de Tuliszkow Decani Facultatis Artisticae moderni, et Magistri Martini de Cracovia

praecedentis Comminationis Decani Dominus decernit praefato Matthiae Konarzewski absolutionem a Censuris dandam sub reincidentia, et grauioribus, si et in quantum dictae penae promino obligato satisfacere neglexerit. Praesentibus Casparo de Noua Ciuit. et Andrea bedello Ven. Nottarijs publicis et alia familia dni.

Anno eodem die Mercurij, 11 Februarij, Matthias Konarzewski praedictae obligationi satis fecit, de quo quittatur. — solvit poenam.

Anno domini. 1536. die 7 Julij.

Honorabiles Baccalaurei, Venerabilis Joannes Rosanita de Bursa Hierusalem, Stanislaus Kominek de Crachoua in platea Sancti Spiritus agens et Andreas de Przesnijsz manens in schola Sancti Nicolai, ad instantiam Venerabilis Magistri Sebastiani de Klyczans Decani Facultatis Artisticae, legittime cittati, ob neglectionem actus, et Dominus decreuit iuxta statuta solutionem per octo grossos praefatis Baccalaureis, hinc ad sabbatinum diem proximum sub paena dupli praesentibus etc. — — — —

Poena in Baccalaureos, qui non interfuerunt in Actu disputationis quaestione

A

Qecr

CONCLUSIONES AD FACULTATEM PHILOSOPHICAM ET ALIOS PERTINENTES PER D. IACOBUM GORSCIUM, I. V. Doctorem, Archidiaconum Gneſnenſem, Canonicum Plocenſem Academiæ CRAC: Procancellarium & interim eiuſdem Rectorem et per deputatos ab Academia propter ſtudioſorum maiorem profectum confectæ: poſtea ab omnibus D. Doctoribus et Magiſtris comprobatæ, Annoque Domini M. D. LXXIX Commutatione æſtiua Decano V. Magiſtro Adamo Wrc̄ſiano in hunc librum inſcriptæ.

Ordinatio Burſarum.

Seniores Bursarum Studiosis bono exemplo in omnibus perluceant, et Statuta omnia quæ ſemper in usu ſunt fideliter exequantur; cum priuatis præceptoribus studiosorum, consilia et operas communicent, et maxime animaduertant ut honeste, pacifice domi et foris uiuant, eosque ad lectiones publicas audiendas statutis compellant et disputationes ſerotinas in Bursis iuxta statuta faciant: studia uero tam publica quam priuata negligentes et statutis rebelles Rectori tempestiue defferant.

Ordinatio Scholarum.

Quoniam M~gri~ scholarum negligentiores ſunt in suis ad quæ tenentur officiis, ideo ex nunc ſecundum antiquam conſuetudinem discipulos ſuos: in pietate et morum probitate diligenter inſtituant: in disciplina retineant et lectiones in scholis legant matutino et pomeridiano tempore, earumq. exercitia diligenter faciant eiusmodi, quibus et iuuentus cum profectu instituatur et ipsi concilient sibi prouisionem in uacantia beneficiorum. Qui enim maiore cum diligentia et profectu scholæ præfuerit ipsius etiam prior et maior ratio habebitur ſemio inerti posthabito.

Præceptores priuati.

Honeſtati suæ & Vniuerſitatis consulendo pueros prima elementa discen
tes ad informandum nullatenus suscipiant tempore disputationum ordinari
arum disputationum ordinariorum discipulos apud se non retineant, sed ad
disputationem remittant, vt ibidem scripto argumenta disputantium excipi
ant, quæ præceptoribus examinanda exhibeant. Vt autem ex ipsorum insti
tutione appareat discipulorum profectus frequentius ipsos ad declamā
dum soluta et ligata orōne excitent. Lectionibus autem priuatis ita eos
dem occupent, ne publicas negligant.

Profeſſores publici.

Ad grauiores lectiones obligati ita eas explicent, ut autoris
intentionem, inuentionem et dispositionem demonstrent: et
ita diligenter profiteantur, vt omnes libros lectionis susce
ptæ perficiant.

Exercitationes verò secundum præscriptum conclusionis
Vniuerſitatis Anno Domini 1550. factæ. Fol 93. expediant.

Disputationes autem ordinarias ita tractent, ut metho
dum disputatoriam in proponendis, probandis et dissol
uendis argumentis debitè et memoriter exprimant: ne pro
lixis et ineptis orationibus in deducendis probationibus
tempus inaniter conterant, ne argumenta ab aliis proposita
repetant, et adhuc disputante Decano, omnes in sua classe
veniant. Argumentis autem binis singuli agant, iuxta
conclusionem. Anno Domini. 1550. fol. 92. factam.

+

8

Humaniora studia.

Quoniam verò Vniuersitatis studiosi sunt genio et ingenio dispares, nec omnes Philosophicarum, et quæ pro gradu sunt lectionum capaces, ideo Vniuersitati placuit diuersitatem studiorum et lectionum pro ratione temporum præsentium talem instituere. Vt deinceps liberum sit ad beneplacitum Vniuersitatis omnibus professoribus incorporatis et extraneis profiteri Oratores, Poëtas, Hystoricos pro cuiusq; industria, et in talibus profectum: cum istis conditionibus.

Si Regalis unus, uel duo, ad summum ad eiusmodi studia profitenda se habiles senserint, et loco exercitationum easdem profitere uoluerint, hoc non nisi cum consensu et permissione Rectoris Vniuersitatis facere debebunt. Si uerò aliquis alius, non Regalis existens, et alicui istarum facultatum deditus eas professus fuerit cum Academiæ dignitate et profectu studiosorum, quod Decanus facultatis philosophicæ diligenter obseruabit, eidem tanquam essentiales ad regendam facultatem computentur. NB.

pro incorporandis vero in gremium facultati philosophicæ quam lectiones observandæ NB.

Cum autem peruenire debebit ad participationem facultatis immediatè vna commutatione Aristotelicam lectionem leget, ne quid statuto Philosophicæ facultatis derogetur, et deinceps nisi cum illo per facultatem dispensatum fuerit.

Lectiones humaniores.

Ne autem aliquod dubium aut altercationes de lectionibus in genere propositis exoriantur easdem nominare placuit

EX GRAMMATICIS.

Gramatica M. Alberti Sczebreſsinen. vel Th: Linacri vel Lucæ Piotrovii
Grammatica Græca, Clenardi, vel Meceleri.
Grammatica Hæbræa Campenſis, uel Clenardi.

EX ORATORIBVS LATINIS.

Omnes libros Rhetoricos Ciceronis Ariſtotelis & Quintiliani.
Orationes ſelectiores Ciceronis.
Epiſtolas ad familiares, & ad Atticum Cic.
Tuſculanas Quæſtiones.
Officia Ciceronis.

EX ORATORIBVS GRÆCIS.

Demoſthenem, et Iſocratem, Et XIII Oratores Græcos.

EX POETIS LATINIS.

Omnia Opera Virgilij.
Omnia Opera Horatii.
Ouidii Faſtos Methamorphoſim, Triſtium, De Ponto.
Terentii Comœdias omnes, & Plauti ſelectiores.
Perſii Satyras, et Iuuenalis et Horatii Sermon.

EX GRÆCIS.

Homerum. Theognidem, et Phocylidem.
Heſiodum. Euripidem.
Pindarum. Ariſtophanem.

EX HYSTORICIS LATINIS.

Liuium, . . SAlustium.
Commentaria Cæsaris.
Solinum. . . . Tacitum.

Ex GRÆCIS.

Xenophontem.
Tucydidem, et Herodotum. Herodianũ.

Ex MATHEMATICIS.

Spheram Ioannis Sacrobosci.
Cosmographiam Ptolomei, uel Appiani.
Arithmeticam Gemmæ Frisij.

Ex PHYSICIS.

Iacobi Carpentarij Philosophiam.
Alberti Magni Compendium Physicæ.

STATVTA PRO reformatione facultatis Artisticae quo ad lectiones, actus, et promotioes, in eadem per Rectorem et deputatos per Uniuersitatem edita.

Anno Dni 1536 facta conuocone feria sexta ante Conductum Paschae sub hoc tenore uerboru, Egregie Dne Doctor et Magri R.di sitis hodie hora decima octaua in stuba communi Mgrorum maioris Collegii Dnorum Artistarum, ad continuan tractatu, et deliberatioi, de prouisione super deffectibus qui contingunt in actibus Ordinariis Artisticis, Et ipsis generaliter artibus tam in lectoribus quam in auditoribus, iux Uniuersitat commissa et super his concluden sub debito obedien. et prout diligitis bonum Uniuersitat. Detur Doctoribus Theologis Collegii maioris Doctori Ioanni Sanok Decano facultatis Artisticae, ac Magistr Martino de Pokrziwnicza, Stanislao Grodzisko, Ioanni à Piotrkow ac Stanislao de Crac Seniori Bursae pauper Ex parte Rectoris. In quaquidem conuocone ex praecedentibus deliberationibus, et tractatibus de his materiis et in Uniuersitat conuocone et altera quae fuit ante hoc eorundem deputatoru feria quinta ante Dominica Laetare finaliter pro bono Uniuersitat et signanter facultat artistic quae multum his tpibus decreuit ex unanimi oium Doctoru et Mgroz per Uniuersitat deputatoz infrascripta constitutiones factae sunt et conclusae per Rectorem manutenenda et obseruanda per Decanum et Mgros facultatis artisticae sub hoc qui sequitur tenore.

Quoad lectiones statuta.

Decanus facultatis Artisticæ infra commutationem ter adminus vel quater, deferat Rectori negligentes Lectores puniendos, secundum antiqua statuta, sub pœna contra Decanum, per Rectorem arbitranda, sic enim cum frequentius lectiones negligentes punientur, quod Rector facere ex vi Iuramenti tenetur, reddentur ipsi Lectores in suis lectionibus diligentiores. 1. Officium Decani. Pœna.

Item sub eadem pœna scrutabitur Decanus et diligenter inquiret de illis Magistris et Baccalaureis ac Pædagogis, et sic de aliis qui studium artium confundunt, et signanter qui exercitia nihili ducunt, eisdem detrahunt, ac studentes ab audiendis eisdem exercitiis retrahunt. 2.

Item ut studentes et Baccalaurei allicerentur ad audiendum exercitia quod illa præcipue Donati, Veteris artis, Posteriorum, et de Anima, ad cultiorem stylum et compendiosiorem modum per Magistros ad hoc deputandos reducerentur. Et eadem exercitia et omnia alia successive sicut præmissum est innouentur. 3.

Et Magistri pro hoc officio deputandi, si fuerint de duobus artibus ab uno iterum liberi erunt; et nihilominus Universitas non relinquet eosdem pro eorum laboribus inconsolatos.

Item Studentes omnes in Bursis manentes, et in scholis illi qui studiis in Collegio dant operam habeant suos præceptores ad quos se limitent prout hoc Universitatis statutis antiquis est cautum. Quiquidem præceptores inducant ipsos suo limitantes ad audiendum lectiones in artibus, sic quod unam adminus in Philosophia, et aliam in Logica habeant lectionem, Et ipsi lectores suis diligentiis allicere conentur eosdem studentes ad audiendum artes 4.

sine quibus cæci sunt in aliis omnibus facultatibus, imo et in humanitatis studiis.

5. Item infra exercitia non permittantur aliæ lectiones fieri in Bursis, uel alias prout hoc idem antiquis prohibetur statutis.

De actibus Ordinariis.

Decanus facultatis Artisticæ ueniat tempestiue ad actum puta ad primam Quæstionem, et prius intersit actui interim quo Magistri salariati arguunt sub pœna quorumque grossorum pro facultate conuertend. Et Consiliarii Decani notabunt in hoc negligentias Decani, uel etiam alii Magistri.

præsente Decano, disputantes adsint. Item Magistri omnes intrent ad actum arguente adhuc Decano, alias non computabitur eis actus ille: quia ut experientia docuit nonulli Magistri tarde uel cum iam instat locus eis argumentandi ueniunt ad actum et repetunt eadem argumenta prius etiam aliquoties proposita.

non per substitutos. Item omnes Magistri salariati per se, et non per substitutos actus celebrent sub pœna sex grossorum per Rectorem exigenda, et tales Magistros per se non disputantes Decanus tenetur deferre Rectori, sub pœna prout de aliis negligentiis est constitutum.

Item Præsidens actui de Cathedra non recedat, sed diligenter intendat ad arguentes Magistros et respondentes, quos ipsi Præsidentes tenentur subleuare in eorum responsionibus et in aliquibus defendere. Et fiat disputatio et concertatio honesta et charitatiua, citra omnem contentionem, et commotionem. Sic enim auditores allicientur ad interessendum talibus concertationibus et disputationibus, et ex auditu earum profectum eruditionis simul et respondentes reportabunt.

NB. Item Decani hortentur Baccalaureos, quibus partes pro

actu et responsione assignant, ut materiam de qua respondere debent bene reuideant, et se bene disponant ad actum. Probationes conclusionum suarū authoritatibus Philosophicis, non Theologicis probent et confirment. Positionemq suam non in chartis scriptam legant, sed memoriter, ut solitum erat proponant. Ad quod faciendum, ut se disponere possent, Decanus facultatis partes eisdem respondentibus tempestiue, hoc est, una octaua ante responsionē assignet, sub pœna quoī grōī.

Item Magistri suos limitantes hortentur ut actus visitent, imo mandent eis ut eant ad actus, Argumenta magistrorū scripto septem rapiant, et suis preceptoribus illas rapturas ostendant. Ipsi quoq Magistri dum ad actus uadunt suos limitantes secum ad actum intrarē accipiant. Sic enī honestabuntur actus frequentia et arguentiū tum audientiū, cum profectu oiūm, propter quos actus facultates omnes silent, et lectiones Ordinariæ aliquæ, infra eosdem actus non leguntur, Ne scilicet auditores, ab eisdem actibus, distraherentur. — Actus publicos nō licet legere.

De Promotionibus.

Dum non subest necessitas et promouendorum idoneitas habilitasq, non frequententur promotiones ipsæ in artibus pro gradu Baccalaureatus, sed bis in anno, videlicet pro quartuali Crucis, et Cinerum duntaxat fiant.

Item non promoueantur, nisi habiles et idonei hoc est quod habeant tpūs studii determinatū, Lectiones omnes pro gradu deputatas audiant, Et actus tam ordinarios, quam extraordinarios prout disponunt facultatis statuta habeant.

Item Magistri promotores non præsentent Decano aut Vi:

cecancellario ad promouendū, nisi quem cognouerint illis tribus
modis habilis, prout Iurament et statut facultat ac Vni:
uersitat adhoc astringuntur, Sed nec Decanus suscipiat et
* ad examen admittat, nisi sic ut præmissum est idoneos, Et
non fiat passim dispensatio super deffectibus, nisi consti:
terit aliunde de idoneitate et dignitate personæ promo:
uendæ, Sub pœnis certis ut pote quia præsentans indignū
punietur per facultatem iuxta quantitatē et qualitatem
excessus, Decanus uō suscipiens minus idoneū punietur
per Rectorem Vniuersitat prout excessus illius exigerit.
Hæc præsptā statuta publicata sunt per Rectorem Vniuersi:
tat memoratum, in plena Conuocōne omnium Mgrōz per Deca:
num facultatis Artisticæ pro accipiendis exercitiis, horis et
Lectoriis facta Dnicā ante festum S. Georgii proxima,
LB et ad manutenenda eadem statuta per Decanū et oēs Ma:
gistros facultat Artisticæ per Dnūm Rectorem decreta et
demandata, ac per prænominatos Decanū et Mgrōs ibid
nullo cōndicente aut eidem statut repugnan, suscepta:
Pntibus ibidem una cum memorato Dno Rectore Rndis
Pribus Mgris, et Doctoribus, Stanislao Biel Sacræ Theolæ
Professore Canco Crac, Iacobo de Clepars Decano et Gre:
gorio de Stauiszin Custode, Eclæ Collæ S. Floriani, Sacræ
Theolæ Professoribus, in illa conuocōne facultat Artisticæ
plena exntibus et interessentibus. Anno a nato Christo
quo supra. 1536. Ego Magr Martinus de
Ilkusz Sæ Theologiæ Professor, Præpītus Ecclæ S. Nico:
lai extramuros Crac, et tunc Rector Studii Gnālis Crac
ita esse pntibus manu mea scriptis testificor, Qui et præ:
spta statuta aucte Ordinaria Rectoratus confirmaui
et manutenenda tpibus futuris per Decanū pro tpē exntem
et mgrōs eiusdem facultat Artistæ decreui, pntibus quib. supra.

Sequuntur Statuta facultatis Arcium.

que et quo tempore

A Anno domini millesimo CCCC° quarto In decanatu magistri
Andree de Marienburg plena magistrorum convocacione facta
nullo contradicente conclusum fuit ut quatuor magistri eidem de-
cano coeligerentur qui facultatis considerarent defectus et pro
eius eciam incremento eiusdem aliquot statuta conciperent et eadem facultati
arcium promulgarent Tunc electi magistri ad decanum supscripti
videlicet magister Stanislaus de Scarbimiria decretorum doctor,
magister Albertus Ancz de Chy..., magister Erasmus de Nyssa, magister Francis-
cus Crysostomus de Brega, non modico tempore diligenter et
exquisite consilia tractantes infrascriptos pro statutis articulos
decreverunt etc.

eius publicacio et confirmacio

B Anno domini M° CCCC sexto In vigilia sancti Georgy
per magistrum Erasmum Elie de Nyssa protunc decanum
arcium facultatis statuta eiusdem per quinque magistros supscriptos
mature digesta et in sexterno papireo deliberatiue concepta in
hanc formam simpliciorem sunt redacta et sigillo facultatis
arcium libro pargameneo sunt conscripta.

C Item in decanatu eiusdem decani sursum scripti plena magistrorum
facta convocacione sub hac forma. Domini magistri sitis hodie hora xix.
in stuba magistrorum Collegy Serenissimi principis Wladislai
Regis polonie ad audiendum per quinque magistros a facultate de-
putatos articulos conceptos et in statuta per facultatem arcium
redigendos sub obediencie pena qua quidem convocacione
idem Decanus eidem proposuit eorundem

Rubrica de primeuitate Decani.

D Attendens universitas magistrorum pluralitate p...
encia nolle male disponi sit ergo unus princeps, ...
placuit obsequi eidem universitati quod in una quaque ...
facultatis convocacione generali publica ac privata ...

B.

Presen Doctorib et licentiatis in actu speciam philos. locus Decani.

Eiusdem caput existat / et omnibus Magistris et Doctoribus loci preeminencia antecedat / facultatibus autem universitatis prelibus et privatis necnon in actibus facultatis cuiuscunque actus facultatis Doctores locum Decano facultatis artium optineant altiorem. Presertim in disputatione [illegible] in promocione novellorum magistrorum et actibus similibus propter adventum gratuitum Doctores et licenciati honorentur Quia decanus Decanus facultatis artium pro tunc existens eis in loco ex excellencia condescendit. de causa

De auctoritate Decani

quod decanus in certis casibus mandare vocat

In eadem congregatione conclusum fuit ut Decanus habeat posse membris omnibus sue facultatis mandare In minoribus sub pena non contradicendi [illegible] causis in medio florem irremissibiliter exigendi / in maioribus sub pena unius Decani diligentis facultatis / in gravissimis sub pena obediencie habeat demandare et eiusdem facultatis magistros excedentes secundum statuta punire si facultatis voluerit esse membra

Decanus penas ab eisdem conf.

De Tempore Electionis Decani

NB

tempus electionis decani

Insuper decanatum prefati Decani, nullo contradicente conclusum fuit ut Decanus artium facultatis successivis temporibus bis in anno eligatur, prima vice proximo sabbato ante festum sancti Georgii pro altera vice sabbato proximo ante festum sancti Galli. Ideo tamen salvo quod idem Decanus iteratis vicibus eligi poterit si facultati magis videbitur expedire. Nullus tamen in decanum eligatur nisi post quadriennium annum sui magisterii dummodo sit in eadem actu regens et biennium compleverit. Insuper in eadem congregatione conclusum fuit quod facultates eligendi decanum artium habeant solum actu regentes.

Aptus decanatu

De modo eligendi Decanum

In electione Decani Decanatu conclusum fuit nullo contradicente quod Decanus pro tunc existens diebus supranotatis omnes magistros facultatis convocet sub hac forma [illegible] sitis hodie tali hora in stuba

Decanus

plurimorum votorum

Magistrorum et ad eligendum novum Decanum sub
pena non contradicendi et sicut diligitis bonum facultatis. In quibus
congregatis inducat Decanus a sermonibus incipiendo usque in ultimum
et extremum pluralitate concludat. Si vero contigerit vota dividi in duo
equalia extremus Decanus de novo inducat, si velint votis immu-
tare. et si non mutaverint extremus Decanus eorum electus assumat
quibus eligant novum Decanum quem facultas debet. ac si
omnes magistri in eum consensissent assumere sua vota.

De promisso Decani fiendo.

Unanimiter magistris placuit in eadem congregatione, quod statim
electione facta antiquus Decanus recipiat promissum a Decano
novo, quod velit servare et manutenere statuta facultatis et statuenda
bona fide. Et idem Decanus sic electus iuret in manibus Decani antiqui,
quod omnes negligentias legentium et disputantium sue facultatis diligenter
perquirat et easdem ad Rectorem deferat. Et quod ibidem electus De-
canus recipiat a singulis magistris fidei sponsionem, quod quilibet pro tempore
electionis novi Decani, quilibet magistrorum promittat bona fide non indu-
cere velle aliquem, ad examen intrandum non valentem, propter
lucri cupiditatem, aut affectionem.

Promissio magistrorum in manibus decani

De assistentibus Decano et eorum auctoritate in dispensandis defectibus.

Unde ad decanatum prefati Decani conclusum fuit, quod electo Decano statim
in eadem convocatione eligant duo magistri sibi assistentes quorum
consilio Decanus habeat dispensare super uno vel duobus libris
[illegible] specialibus et specialitatibus. Et aut aliqua persona nobilis in aliquo
libro totali esset neglecta ad facultatem arcium remittat. Et quod omnino non
dispenset pro non visionibus ordinariis nisi foret defectus dispensa-
cium extraordinarie. Item placuit omnibus magistris nullo contradicente
quod Decanus nullas faciat expensas et impensas notabiles sine con-
sensu duorum magistrorum quorum unus a facultate theologica et alter
iuridica eligantur. Item quod quilibet horum eorum fiscum scilicet facultatis et uni-
versitatis clavem habeat specialem.

In quo dispensat assistentia et in quo facultatis

et extraordinariis

De captis ad regendum facultatem.

Conclusum fuit in decanatu supradicti Decani ut deinceps nullus ad regi-
mina facultatis admittatur nisi prius biennium compleverit. Biennium autem con-
plevisse dicitur qui duobus annis complectis lectiones ordinarias [illegible]

Qui de biennio complere [illegible]

causa

Et ordinarie legerit, necnon ordinarie disputavit quotiens eum ordo tetigerit, et dum in disputatione de quolibet, si eam fieri contingat, [illegible] respondeat. Item conclusum fuit quod deinceps fieret specialis tenor [illegible] commemorationis pro magistro volente petere se assumi ad consilium facultatis. De completione biennii magistrorum. Item attento eo quod nonnulli magistri biennio suo perfunctorie et negligenter seu alios in artibus minime stimulando, aut edificando legerunt, placuit omnibus magistris in eadem congregatione constitutis quod quilibet magistrorum singulis convocationibus infra sui biennii complementum ad minus per sex menses in artibus, aut in philosophia legerit, aut disputet cum diligentia. Secus autem faciens, sibi completum biennium non debet computare, nisi super hoc a magistris actu regentibus obtineat sibi beneficium dispensationis specialem.

Complere biennium

Nota

De actu Regentibus

Item placuit omnibus magistris quod nullus eligatur in examinatorem necnon decanum, nec aliquis posse eligere habeat decanum nisi actu regens [illegible] aut [illegible] [illegible], quorum ordinarie disputavit in suo ordine et ordinarium legerit et in disputatione de quolibet viderit, et in maioribus laboravit doctoribus licentiatis et baccalariis formatis dumtaxat exceptis.

De electione decani et examinatorum

De iuramento magistri nomine intutis facultatem

Dicat intrans ad decani pronunciationem: Ego N. promitto vobis decano et vestris successoribus, secreta magistrorum in facultate tractata non revelare et statuta instituenda secundum facultatem [illegible] tenere et tenenda servare, pro bono facultatis. [illegible] faciat admissa ac [illegible] [illegible]

Forma iuramenti [illegible] in facultate promittendi

De electione ordinarii Libri

Conclusum fuit nullo contradicente in [illegible] [illegible] Mariemburg quod semper in die sancti Egidii magistri conveniant [illegible] libros ordinarios per sortem ad evitandam invidiam et rancorem qui [illegible] [illegible] consurgit. Et quilibet talium aliquem recepit ordinarium decano promittat quod eum continuare velit fideliter bona fide. Si autem aliquem magistrum alium eligerit extunc decano facultatis artium resignet eundem qui de novo pro eodem libro convocatorem faciat ne in lectionibus facultas artium negligatur. De quo [illegible] ad festum sancti Gregorii [illegible] ordinarius [illegible]

De promisso lectionibus susceptis

Concurrentia

[illegible] super [illegible] a lectione [illegible] et fac. [illegible]

Quoniam iuxta consuetudinem ab inicio fundationis studii in intra Unrechte [illegible] bis in anno solet innovari. Ideo conclusum est quod quemadmodum ad hyemem magistri per cedula pro lectionibus ordinariis capiendis pro die beati Egidii tempore autumpni

De susceptione lectionum

[illegible]

Ut ad examinacionem convocantur. Similiter ad capiendum lectiones ordinarias potestatem licentiandi ipso die sancti Gregorii per cedulam tenoris in statuto priori et supra conscripto contento per decanum facultatis convocentur.

De temporibus examinum.

Item placuit omnibus magistris nullo contradicente quod decanus facultatis quater in anno scilicet quolibet sabbato primo ante quatuortempora aperiendi examen pro baccalariis licentiat potestatem notificando sub hac forma: Notificat decanus facultatis artium omnibus promovendis baccalariatus in artibus examinari volentibus quatenus hodie tali hora ad stubam magistrorum collegii se ad intitulandum conveniant, alias qui neglexerint pro illa vice nullatenus admittentur. Item placuit magistris quod in eodem sabbato magistri omnes conveniant ad recludendum personas intitulatorum, quibus admissis eligantur examinatores duo vel quatuor per eisdem.

De non admittendis ad examen.

Conclusum fuit in eadem congregacione quod nullus magistrorum aliquem personaliter in sua promocione impedire poterit nisi ex hiis causis: Si universitati derogavit, aut magistrum diffamavit, vel manum violentam in eum iniecerit. Si pastum lectionum et exerciciorum verbo vel opere non expedivit, aut matricule universitatis inscriptus non fuit, vel ad minus tres in septimana lectiones et exercicia [illegible] visitavit, si decies extraordinarie et totidem ordinarie magistri et similiter baccalarii publice non audivit, si infamis aut criminosus notorius seu lusor fuit, ex hiis causis vel maioribus nulla tenus ad gradum aliquem admittitur.

Hoc statutum est suspensum

De convocacione ex festo [redacted]

Quoniam iuxta [redacted]

De non subterfugiendo omnis examinis et dilatione examinandorum

Item examinatores pro examinandis deputati post sint omnis subterfugii subpena [illegible] sexaginta, licet etiam prolongandis pro sive gradibus baccalariatus sive magisterii, maxime cito ad suam nationem singuli tali respectu sint conspirare, sed ut interesse pro fuere collationem, dilationem, [illegible]. Dummodo tamen ibi aliqua fraus vel collusio sive conspiratio non committatur inter eodem equalem, primum Decanum vel vicecancellarium, pro qua locatione fienda dominus decanus vel vicecancellarium pretinet eius de singulis sint per singulos magistros examinatores [illegible] industrie, et secundum pluralitatem vocum concludit, subpena prestiti iuramenti.

De restitutione examinatorum in examine

Item examinatores restitutionibus tempore et in loco examinis uti possint, [illegible] tamen cum moderamine faciant, in quo ipsorum conscientias oneramus ne exponant nimis haute.

De reiectione examinandorum.

[illegible] examinatores ad examinandum a facultate deputati, si in examine invenerit aliquem notabiliter [illegible] gradu non valentem et est persona notabilis a continuatione vel inceptione iuxta arbitrium examinatorum suspendatur, si autem fuit [illegible] non notabilis in toto reiciatur et si est opus [illegible] ad facultatem recurratur. // tunc examen baccalariatus

De locatione passiva examinatorum et non dictando loca usque adsunt

Item in locatione examinatorum passiva pauperes notabiliter alios excedentes in scientia vita et moribus alys non postponant si [illegible] meritorum, primo seniorati [illegible] sit quod aliorum [illegible] respiciantur [illegible] et [illegible] suis [illegible]

[illegible]

[illegible] examen futurum [illegible] primum [illegible] loca

De locatione magistrandorum

[illegible] ad vicecancellarium immediate [illegible] cum [illegible] collocandi [illegible] in examine [illegible] obtinebunt. Consequenter vero aliquis locum suum [illegible] ad librum facultatis remittatur. De [illegible] hendo.

[illegible] et ad gradum in artibus admissi [illegible] balneum [illegible] nisi magistros examinatores qui se laboribus per eisdem [illegible] nisi quis [illegible] fecit [illegible] eorum qui examinati sint [illegible] quod eis prohibere tenebitur decanus aut vicecancellarius; —

Magistrorum inscribendorum in matriculam [illegible] ordo

Alterum inscribendorum [illegible] in Catalogum

De solvendo ad fiscum commune.

Item statuimus examinatus in artibus et admissus fiscum facultatis [illegible] expediat infra quindenam examine finito sub pena privationis [illegible] sit immature [illegible] ummatum est;

De habendo signeto ante promotionem.

Item nullus talium ad aliquem gradum per aliquem magistrum promoveatur nisi signeto domini decani facultatis pro tempore existentis [illegible] signetum [illegible] Decanus pro tempore existens petitum si vocabile [illegible] sine impedimento tribuat, nulla [illegible] penitus examine pro eodem. Sub pena [illegible] et [illegible]

Decani testimonium [illegible]

De arestatione signeti contra examinatum.

Item etiam malignando [illegible] conclusum fuit quod inantea nullius magistrorum aliquam promovendi signetum arestet nisi in plena congregatione magistrorum [illegible] super [illegible] plene informatum et legitimam causam arestationis [illegible] [illegible] parte audiente et [illegible] tamen excepto si per fuitorem universitatis [illegible] non [illegible] et dummodo etiam [illegible] bona fide [illegible]

De locatione baccalariandorum magistrandorum in examine, Et Audientia [illegible] tionum physicorum.

Dignum enim videtur, ut qui portaverunt pondus diei et estus in universitate continue studendo, quod illis etiam prius accipiant remuneracionem. Ne igitur propter acceptionem personarum aliqui dicant Ego sum Cephe, ego sum Appollo, sicut et propter hoc [illegible] discordia et dissensio propter locationem promovendorum ad gradum [illegible] volentes igitur [illegible] morbo providere et ut caritas mutua et concordia magis servaretur tam inter magistros quam etiam inter personas [illegible] [illegible] statuimus quod decanus [illegible] promovendi ad gradum [illegible] in artibus [illegible] [illegible] [illegible] ad librum universitatis obtineant, Sic tunc quod qui prius fuit intitulatus et suum studium continuaverit sit prior in ingressu ad examen in locatione promovendorum, Si autem aliquis suum longo tempore [illegible] studium [illegible] quod [illegible] locum sic intitulatus in ingressu ad examen obtineat, stabit arbitrio Decani, premittit cum suis consiliariis. Si autem contigerit personas notabiles et insignes ad examen intrare volentes quod in locatione Decanus habeat potestatem eosdem locandi pro ceteris, cum Consilio et consensu consiliariorum Item quod Decanus habeat testimonium probabile sufficiens de promovendis et ipsorum valore, Statuimus quod promovendi tam

De prelocatione promovendorum [illegible]

[illegible]

Ad gradum baccalariatus, et iam etiam Magisterii eodem medio anno ante promocionem ipsorum et tamen apud decanum protunc ([illegible]) habeant, et cum diligencia visitent, ut eo melius decanus cognoscat valorem ipsorum. Qui autem secus fecerit illo medio anno ad examen non admittatur. Si autem decanus presumpserit contra hoc statutum aliquid attemptare, extunc per facultatem examinatores non eliguntur quousque ([illegible]) emendaverit.

Cum rector universitatem assignavit et statuta legit et sunt octo in ordine.

Hec sunt statuta que decanus debet legere in plenaria congregacione magistrorum.

B

Primum

Commissum fuit in decanatu eiusdem decani nullo contradicente quod decanus plenum ([illegible]) bis in anno in generali convocacione universitatis ([illegible]) post exhortacionem rectoris proponat omnibus scolaribus libros quos ([illegible]) ad gradus debeant audire et quociens ([illegible]) ne per ignoranciam se possent excusare. Similiter proponat baccalariis libros ad magisterium pertinentes et inspiciones per eos faciendas et exhortetur eosdem ut se honeste regant, magistros honorent, ipsos in pastu expediant et consimilia a aliis a promotore. Item quod continue tres disputaciones non negligant sub pena octo grossorum; ordinarie diebus dominicis disputent; in diebus canicularibus biennium compleant. Moderni baccalarii vero in ieiunio qualibet septimana quilibet ipsorum bis disputet. Magistri inceptiva decenter incedant ad honorem facultatis. Item hortetur magistros ut sint diligentes in laboribus et in disputacionibus ordinariis ut facultas arcium capiat incrementum.

Qui libri sunt audiendi

C

Secundum

Item placuit omnibus magistris quod hii libri legantur audiantur ante gradum baccalariatus: secunda pars Alexandri, liber nove poetrie aut Cervianus rethorice, compotus cyromancialis, tractatus Petri Hyspani, vetus ars, liber priorum, posteriorum, liber elencorum, liber physicorum, libri de anima, et liber spere materialis. Subscripti autem (post) baccalariatum de generacione, metheororum, parva naturalia, metaphysica, ethicorum, politicorum, yconomicorum, arismetrica communis, tres libri Euclidis, musica muris, theorica planetarum, et perspectiva, ante magisterium audiantur.

D

Tertium

Per quantum tempus debent legi libri predicti

Secunda pars Alexandri legatur per sex septimanas, compotus per mensem, tractatus Petri Hyspani per tres menses, vetus ars per quatuor menses

Priorum perseverantior mensibus sine mixtionibus. Posteriorum
perquam. De [illegible] cum [illegible] solo tantum primi libri. Elencorum
partes mensibus, phisicorum partem quartalia anni. De anima perseveranter
partes mensibus, De celo perquam mensibus, methe
mensibus. De sompno partem mensibus. De sensu perquam septimanas. Metheororum simul. De generacione per decem septimanas. Ethica per
medium anni. Ethicorum partem quartalia anni, politicorum perquam
mensibus, yconomicorum primum mensibus. Arismetrica simul. Musica
primi mensibus. Perspectiva partes mensibus. Theorica per sex septimanas. Prima ultra
perquam dictum Commodas ~~[illegible]~~

Statuta ad [illegible] pro laboribus magistrorum tenebitur solvere

Primo a bedello priorum locatum quilibet tenebitur dare mediam
Anno domini Millesimo quingentesimo Primo, die Saturni secunda mensis octobris. In decanatu Magistri Leonardi de Dopsthytze Iuris Canonici Baccalarii facta convocatione omnium doctorum et magistrorum duntaxat de facultate, ad instanciam et postulationem Magistri Stanislai Byel de Novacivitate Sacre theologie Baccalarii formati, sub hoc tenore verborum. Egregie domine doctor et Magister Reverende, Sitis hodie hora decima nona in stuba communi maioris collegii dominorum artistarum ad audiendum quandam peticionem Magistri Stanislai de Nova Civitate Sacre theologie Baccalarii formati et super ea tractandum et concludendum sub pena non contradicendi. Detur omnibus dominis doctoribus et magistris duntaxat de facultate, ex parte decani facultatis sacrarum. Conclusum est fere ex unanimi voto omnium doctorum et magistrorum in convocatione ipsa tunc presencium, quod idem magister Stanislaus iuxta peticionem suam tunc publice et coram tota facultate porrectam debeat decanatum tunc finitis sentenciis lyre in ordine suo sibi tunc per facultatem ex gracia et favorabiliter reservato pro commutacione hiemali, salva inlonginquum eius ad prefatum decanatum abilitacione per unam commutationem iuxta forma statuti de abilitate ipsius eligendi in decanum disponetis, ita quod idem decanatus sibi debebit conferri et consignari omni tergiversacione contradictione semota. Et ibidem in eadem convocatione diffinitum est quod cuilibet sentenciario qui ante inceptionem sentenciarum ~~annis duobus decanatum non gessisset~~ aut sub lectione earundem iuxta ordinem et locum ad gerendum decanatum habuit simili racione post finitas sentencias in suo ordine dari et consignari decanatus debebit. Auscultata per facultatem die mercurii sexta octobris anno quo supra de super convocatione per decanum eundem premissa.

Habilitas ad Decanatum Conversy quidam

Nota de Decanatu Theol. 3 post ... facult.

Conclusio De Decanatu Sentenciariorum

Anno domini Millesimo Quingentesimo secundo Die Veneris Septima Octobris In Decanatu Magistri Martini de Ilkenwerger facta Convocatione omnium doctorum et Magistrorum Duntaxat de facultate sub hoc tenore verborum. Egregie Domine Doctor Et Magister Reverende, Sitis hodie hora vicesima in Stuba Communi Collegii Maioris artistarum ad Tractandum Et Concludendum de Conclusione facta pro Decanatu Sentenciariorum In Decanatu Magistri Leonardi de Dopsthytze Iuris Canonici Baccalarii Et ad Corrigendum Particulam in predictam Conclusionem insertam preter mentem facultatis de gracia. Primo fuit Convocatio plenaria in facultate Et super hiis omnibus Concludendum Sub pena Decanum in Statuto descripta Et sub pena Non Contradicendi. Detur omnibus Dominis Doctoribus et Magistris duntaxat facultatis regentibus Ex parte Decani facultatis sacrarum Litterarum quidem Magistri Congregatis

Ordo vero declarandi huius quod tercium particulam facultatis inferiori signum ...

Matura desuper deliberacione habita Conclusum est ex unanimi
voto omnium Magistrorum tunc in ipsa Convocacione existencium quod licet
Conclusio supra inmediate posita De Decanatu Sentenciariorum te-
neatur. Nulla particula vero cuius duobus Decanatum ne gessisset
Duntaxat excepta que sex est sub nouo textu Ita ut Conclusio
generalis de Decanatu Sentenciariorum sub hac que sequitur
ponatur et teneatur forma Et ibidem in eadem Convocacione desper-
tum est quod Cuilibet Sentenciario qui inmediate ante Incepcionem
sentenciarum aut sub leccione earundem suus ordine et locum ad
gerendum Decanatum habuerit simili racione post finitas Senten-
cias in suo ordine dari et Consignari Decanatus debebit ha-
bita tamen Abilitacione que in priori Conclusione inmediate
supra posita De Decanatu Sentenciariorum expressa est,
Auscultata Die Saturni Quindena Octobris Anno quo supra.

Ex Sacri / [illegible]

Conclusio de Magistris egrotantibus

Quia in Negociis Infirmorum facilius quam aliorum moderari
se leges et omnia iura paciuntur. Ideo ut et in facultate arti-
stica nostra quam in ceteris communitatibus misericordie in infirmos
esse videatur; placuit omnibus Magistris predictam facultatem
regentibus tunc pro eodem negocio terminando per Decanum congregatis
ut statutum de divisione peccunie facultatis solum inter illos Ma-
gistros qui per se tribus mensibus in eadem facultate legerint ita mo-
deretur quod si quis Magistrorum cuius diligencia in prioribus leccionibus
Cognita fuit. leccionem per se legendam incepit et adhuc duorum
mensium [illegible] et per se legerit tandem in infirmitatem inciderit
Aut eciam si a principio inchoacionis studii gravi infirmitate pre-
ventus fuit et postea convalescens statim legere per se inceperit
et usque ad finem Communitacionis diligenter continuaverit. Ita tamen quod
non breviori quam integri mensis tempore / talis Magister ideo divisionis
particeps reputabitur. Ita tamen salvo ut nullus facultatem aliquo pa-
cto defraudet aut ei illudat, Sed quod tam gravis infirmitas sit
una eciam ad legendum quemadmodum et quod alios actus omnino inva-
lidus sit. Et quod probandum tempore divisionis adhuc per duos Magistros
eiusdem facultatis egrotus astrictus sit. alias si quovis modo aliis
[illegible] vero et plurimi fuerit tunc [illegible] suam
[illegible] in toto privabitur. Auscultata per facultatem
sub decanatu Magistri Martini de [illegible] Die sabbati
Quindena octobris Anno domini Millesimo quingentesimo [illegible]

De Infirmis

Nota de infirmitate

NB.

+

Conclusio de pauperibus promouendis

Anno domini 1403 die veneris 30 Marcii. In decanatu Magistri Stanislai Byel de Nouaciuitate Sacre theologie baccalarii formati Canonici Ecclesie sancti Floriani in Clepardz facta conuocacione omnium Magistrorum facultatem regencium sub hac forma verborum. Egregie domine doctor et Magister Reuerende. Sitis hodie in medio hore vicesime in stuba communi Collegii Maioris artistarum, Ad auscultandum conclusionem seu ordinacionem conceptam super admissione pauperum de cetero fiendam Sub pena non contradicendi. Ex vnanimi voto et consensu Magistrorum tunc congregatorum Conclusum est. Ut de cetero et amplius pauperes seu hii qui in forma pauperum examini se summittere pretendunt publice iuxta formam prioris statuti petant sibi remitti solucionem fisci facultatis et Exercicii phisicorum, iuramentoque corporali deponant, et declarent se esse vere pauperes, qui scilicet pro tunc nec in re, nec in spe habeant, quo soluere prememorata possint. Obligantes et summittentes se nichilominus per tale iuramentum ad dandum vnum florenum in auro, pro gracia facultatis concessa id accidente eis pinguiori fortuna facere poterint. Nisi sint seruitores Magistrorum a duobus annis in seruiciis probati. Nam si tales fuerint, ab vtroque sine iuramento erunt liberi, et absoluti. In eadem eciam conuocacione placuit Vt quisque decanorum pro tempore existens tales sic pauperes asserentes tercio die, ante introitum examinis ad se vocet, et rigorem iuramenti eis exponat. Ne quoquomodo peierare contingat in grauamen conscienciarum suarum.

XL VIII

Seruitoris magistrorum

Conclusio declaratiua superioris conclusionis de sentenciariorum decanatu, In Magistri leonardi de dobschicz decanatu facta.

Quoniam plerumque euenit quod ea que scriptis committuntur solent habere diuersam interpretacionem apud posteros quibus rei series que scribitur non fuerit ad plenum expressa. Ideo Anno domini 1506 die Saturni xxviii mensis marcii In decanatu Magistri michaelis de wratislauia facta conuocacione per eundem decanum ad instanciam et postulacionem Magistri leonardi de dobschicz omnium dominorum doctorum et magistrorum facultatis artistice regencium conclusum est ex vnanimi omnium voto et consensu nullo contradicente: vt predicta tenoris conuocacionis illa scilicet: contra mentem facultatis in conclusione pro sentenciariis In decanatu Magistri martini de tharnowicz facta, ne sine ambiguitate quoquomodo In fame preiudicium prenominati Magistri leonardi apud posteros quibus incognitus esset processus negocii, agere videretur, rectam acciperet et euidentem sui declaracionem iuxta rei veritatem In hunc qui sequitur modum: Quia scilicet in ea conuocacione que ad postulacionem Magistri Stanislai biel de nouaciuitate tunc sacre theologie baccalarii formati fuit facta In qua tractatum et conclusum est de decanatu sentenciariorum nulla fuit mencio illius clausule que rubro deleta est: Non tamen illa predicta fuit inserta simpliciter contra mentem facultatis: ymo in sequenti conuocacione facultatis facta super auscultacione predicte conclusionis ad instanciam plurimorum doctorum: Et ex certis respectibus annectat

facultas: non tamen bene deliberata ut illa clausula adijceretur: postea tamen maiori habita deliberatione infra tempus unius anni ne scilicet in studium Magistrorum qui nunc in artibus laborarunt decanatus per sententiarios passim distraheretur, placuit dicte facultati ut sub modo quo prius ceperat et concluserat decanatus sententiarijs In suo ordine admitteretur dum et quum eos infra sententias ordo tetigerit, abilitatione tamen premissa post finitas sententias: Et illa primula vix annis duobus decanatum non gessisset. Cum non fuit de mente facultatis in illa scilicet convocatione, in qua tractatum et conclusum fuit de decanatu sententiariorum deleretur: quamvis fuit de mente et situ facultatis In consultatione: nunc tamen deliberate Annuentis votis utriusque duorum doctorum ut premissum est: Consultata per facultatem die Saturni xviii mensis aprilis anno quo supra: de super specialiter convocatione facultatis cum continentia premisso

Conclusio de his quibuscum Facultas dispensat in aliqua lectione totali

+

Cum nonnumquam accidere solet quod Facultas artistica rationabilibus permota causis cum aliquibus baccalariandis vel etiam magistrandis, in aliqua lectione totali deficientibus dispensat: Ne igitur tales deficientes maiori libertate et prerogativa super eos qui absque tali defectu examen subeunt, gauderent: placuit omnibus Magistris Facultatem regentibus ut tales cum quibus facultas dispensat lectiones neglectas solvant reale et cum effectu, pro quolibet videlicet tractatu libri non auditi dando unum grossum vel aliter prout facultas decreverit, secundum quantitatem libri neglecti: Que quidem pecunia cedet facultati: Et quamvis hoc frequenter conclusum fuerat et in executionem positum non tamen inter conclusa vel statuta inscriptum: Et ob hoc certa talia nonnulla in facultate exoriebantur difficultates: Ea de re anno domini 1506 die Saturni quinta Septembris In decanatu Magistri petri de Cracovia Convocatione facultatis, pro quodam baccalariando defectum in una lectione habente facta: finaliter conclusum est ex omnium tunc voto et assensu nullo contradicente: Quod illa dudum conclusa de talibus deficientibus cum quibus facultas dispensat Et de solutione eorum Sic ut premissum est facultati fienda deinceps firmo tenerentur. Et inter conclusa vel statuta facultatis annotarentur. Consultata et approbata est hec conclusio anno quo supra die Saturni tercia octobris per facultatem ad hoc specialiter convocatam

dispensat

Nota Facultas dispensat

Particula decreti, in Rectoratu Gregorij Stauſchini, de nouis quibuſdam lectionibus pro gradu Bacca-laureatus, et ſolutione earum, ac quarumdam ad gradum magiſterij pertinentium. extracta ex ſtatutis Rectoris.

Placuit deinde eiſdem dominis ab vniuerſitate deſignatis, vt Collegæ maioris ac minoris Gymnaſij legant maiores et ordinarias lectiones Ariſtotelis, in Naturali ſcilicet, Mora: liq philoſophia, atq in Mathematica. Et ut labori eoru reſpondeat præmium, ſtatuimus, vt ab Euclide, Arit: methica cum Muſica perſpectiua, Theoricis planeta: rum ſoluant lectori, quatuor groſſos. Ceterum Viſu eſt præſatis dominis, vt ad certos annos exercitium donati Secunde partis et paruorum logicalium, nec no modus Epiſtolandi Franciſci nigri, atq de conſcriben: dis Epiſtolis Eraſmi Rothe: poſtponerent, et vt pro ordinaria lectione et gradu Baccalaureatus legeren: tur, in Gramatica Perotus completus cum modo Epi: ſtolandi et arte metrorum: Deniq Rhethorica Ciceronis loco modi epiſtolandi Franciſci Nigri, et conſcribendaru Epiſtolarum Eraſmi et nonnunq Epiſtolæ minores Ci: ceronis, pro quatuor autem Tractatibus petri Hiſpa: ni legantur omnes Ceſarij Dialectices Tractatus. In ſuper vt lector philoſophicæ Alberti Magni habeat quinq groſſos et Ceſarij quatuor groſſos.

 83

Conclusio de honestate vestitus, Magistrorum facultatem regentium.

Anno Domini 1512, die 19 Aprilis, in convocatione Magistrorum omnium facultatem regentium, in qua fuit tertio in Decanum electus Magister Stanislaus Radoßkij, ex consensu omnium Magistrorum conclusum fuit, ut ne quis Magistrorum ad facultatem philosophicam aspirantium aut iam in eandem receptorum, indecenti habitu ad lectiones legendas, aliosque publicos actus celebrandos utatur: hoc est ne tunicis stricte manicatis induatur, pileis nonnisi aut biretis Doctoralibus, aut auriculatis, quae Magistros decorant, operiatur: sub poena non admittendi ad facultatem: eis vero qui iam sunt admissi sub poena carentiae et examinatoriae, consiliatoriae, et reliquorum commodorum ex facultate causa provenientium. Haec eadem conclusio postridie in convocatione ad capiendas horas et lectiones pro lectionibus legendis, facta fuit ab omnibus Magistris facultatis philosophicae auscultata, et approbata.

Anno Domini 1577 die prima Septembris, Magistro Paulo à Lodsia, iterum Artisticae facultatis Decano, convocatione D. Magistrorum, pro acceptandis lectionibus facta, et dum sorte Lectiones accipiebantur, Venerabilem Magistrum Jacobum Górskium dum sors tetigit assurgens, à Venerabili philosophica facultate petijt: quo sibi libros tres Ciceronis de Oratore ad quintum fratrem profiteri concederet. Quam petitionem, dum secum diligenter D. professores expenderent: et scandalosis Artis discendi consulere voluissent ex consensu omnium praesentium facultatem regentium) hunc librum de Oratore, praedicto Domino Magistro profitendum commiserunt: ita ut nihil illi obsit ad participationem fisci: et ad alia officia obeunda, quae pertissimum spectant ad Venerabilem facultatem philosophicam.

Sequuntur alia Statuta, et Conclusiones Venerabilis Facultatis Artisticae, quae scripta sunt in libro bombycaceo comparato. In Decanatu Magistri Petri de Cracovia, Commutatione astivali. Anno Dominicae INCARNATIONIS. 1506.

XX.

Fol. 20. sequentia vide in alio Registro à principio libro

86

Statutum quod nullus magister in decanum eligatur, nisi tabardum bonum et verum habeat.

Anno domini Millesimoquadringentesimoquadragesimo nono, die nona mensis ~~decembris~~ Novembris. Conclusum est per Rectorem, doctores, decanos et magistros quod nullus peramplius eligatur in decanum facultatis arcium, nisi habeat tabardum verum et bonum pro honore facultatis. Item si aliquis eligetur non habens tabardum, talis electus in manus antiqui decani iurare tenebitur, quod infra unum mensem comparare velit sibi tabardum bonum pro honore facultatis. Et si iuramento contravenerit, talis ad nullum actum ad decanum pertinentem admittatur, donec iuramento suo satis ~~fecerit~~ satisfecerit.

Quo tempore Plebanus Sancti Nicolai tenetur celebrare Actus duos ordinarios, Si Magister tantum fuerit [illegible]

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quarto, Die XXVI Maij, ex speciali commissione, et certorum Dominorum Doctorum et Magistrorum electione per Universitatem facta, eisdemque meis per certas occupationes [illegible], in Rectoratu D. Magistri Jacobi de Gostinyn Sacre Theologie professoris, Canonici Ecclesie Collegiate S. Floriani, convenientibus, deliberatione premissa ex unanimi omnium voto primum quo ad Ecclesiam S. Nicolai et eiusdem plebanum qui pro tempore per Universitatem fuerit electus. Conclusum est; quod a modo et per amplius plebanus eiusdem Ecclesie si contingerit artium Magister fuerit prefate plebanie rector extunc ad actus infra nundinas Cracovienses pro festo S. Stanislai in Maio unum, et S. Viti alium celebrandos erit obligatus per se, nulla nisi infirmitatis causa ipsum excusante.

XLIX

Extractum ex [illegible]

XXII.

4

Litera sequestrationis seu dismembrationis proventuum, per Judices Commissarios ab Illustrissimo Episcopo Cracoviensi deputatos in Drszowicze, et Korcdyn. Anno Dni.

1554.

Similem Dismembrationem et sequestrationem proventuum Plebanatus Przemykoviensis sub finem Libri huius, reperies. pro Facultate Artistica.

PHILIPPVS. PADNYEVVSKY. Archidiaconus, & PETRVS. MYSHOVVSKY

Scholasticus & Canonicus Cracovien. Iudices Commissarii per Reuerendissimū in Chro Pŕem et Dominum Dnum Andream Dei gratia Episcopum Cracouiensem ad infrāta dati speciali et deputati. Vniuersis et singulis pñtes nrās lrās visuris, lecturis pariter et audituris. Significamus Quomodò coram nobis personalr constitutus Mgr Iozephus Konarzewski Venerabilium Dnorum Doctorum et Magistrorū Studij generalis Cracouien. Procur. tenens et suis in manibus habens quasdam Cōmissionis sub præfati Rmi Dni Epi, et Citationis sub nris titulis et sigillis emanatas, Vt apparuit, debitè exequtas infrascriptas lrās; Necnon certum publicum Instrumentum manu Notrij publici infrascripti, subscriptum et signo nomineq ipsius solitis communit Dismembratōm prouentuum Ecclesiar parochialium in antiqua Korczin et Proschowice in se continens, accusataq contumacia Venerabilium Dnorum Anthonij à Napachanie. Sacræ Theologiæ Doctoris, in antiqua Korczyn; et Stanislai Sędzinski Artium Mgri in Proschowice Plebanorum, debitè Vt apparuit citatorum et non comparentium, petijt prædictam Dismembratōm prouentuum Ecclesiarum parochlium in præfata antiquâ Korczyn et Proschowicze, Authoritate nostrâ, nobis in hâc parte comissâ per nos approbari confirmari, et ratificari roburq Authoritatis ordinariæ pñter et decretum desuper apponi.

Cuius

Cuius quidem commissionis R^mi Domini Epi Cracouien memorati tenor sequitur et est talis. ANDREAS Dei gratia Epus Cracouiensis Venblibus Dnis Petro Myszkowski Scholastico, Philippo Padniewski Cantori et electo Archidiacono Cracouien. Fribus in Chro charissimis. Salutem in Dno. Nomine Venerabilium ac egregiorum D. Rectoris Mgrorum Doctorumque Studij Generalis Cracouien, expositum est nobis certam ordinationem seu diuisionem prouentuum Ecclesiarum parochialium in Proszowice et Antiqua Corczin inter eosdem D. Rectorem Doctores Magistrosque ex una, et earundem Ecclesiarum Rectores modernos et pro tempore existentes, ex altera, partibus factam esse, prout id in literis desuper confectis plenius continetur. Et ut ipsa ordinatio et constitutio sit firma et valida petitum est nobis ut eam ipsam ordinationem et constitutionem decreto et Authe nra confirmare et approbare dignemur. Quapropter huiusmodi negotium F. Vris, propter absentiam nostram a Cracouia, committendum esse duximus, prout committimus in Dei nomine per praesentes. Ut seruatis de iure seruandis, eam ipsam ordinationem et constitutionem, Authe nra ordinaria qua F. Vras in hac parte fungi volumus, confirment et approbent, Literasque confirmationis et alias desuper necessarias sub titulis suis, dent et extradant. Quod si ambo praemissis interesse non poteritis, alter Vrm praemissa exequatur absentia Vtriusque in aliquo non obstante. Dat. in Kielce. Die vigesima nona Jan: Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quarto. Nostro sub sigillo. Albertus Pruszkowski qua R. D. Curiae Notarius Sst. Tenor aūt lrarum Cittoris de qua supra fit mentio est

mentio, est talis. PETRUS Myſkowski Scholaſticus, et PHI:
LIPUS Padniewski Archidiaconus Cracouienſis Iudices Commiſſarij
per Rmum in Xsto Patrem et Dominum dum Andream Dei gratia Epi:
ſcopum Cracouien ad infraſcripta dati ſpecialr et deputati. Honorab
Viris Viccarijs Ecclesiarum parochialium In Proſsowicze et antiquâ
Korczyn et Lubin. Cæteriſq; ptibus requiren Salutem in Dno. Nouer:
ritis nos lras Commiſsionis memorati Rmi Dni Epi Cracouien pro par:
te Venerabilium Dominorum Doctorum et Mgrorum Studij gnalis nobis
pñtatas cum eâ, quâ decuit reuerentiâ ſuscepiſse, quas hic ex certis
ronibus inſerere obmiſimus, hæſitantibus tamen de illis plenam et indubi:
tatam fidem facienus. Post quarum quidem Commiſsionis literarum no:
bis præsentationem et per nos ſusceptionem, pro parte ipsorum Dnorum Doctoru
et Mgrorum debitâ cum instantiâ fuit nobis ſupplicatum, qtus ad illaru
exequutionem procedere et diſmembrationem prouentuum ad præfatas Ecclias
in Proſsowicze, et antiqua Korczyn ſpectantium et pertinentium inter
earundem Ecclesiarum Plebanos, et Studij Generalis Cracouienſis Lecto:
res facta auctoritate in hâc parte nobis commiſsâ, confirma:
re, approbare, et ratificare dignaremur. Nos verò nihil in tali:
bus præcipitanter agere volen, ne per nrum confirmationis ce:
lere decretum alicui in ſuo iure præiuditium facere videa:
mur. Ideò nras Cittationis in vim Cridæ literas contra
omnes et ſingulos ſua communiter vel diuiſim intereſse putan:
tes ad præmiſsa, Signanter autem dictarum Eccliarum Ple:
banos decreuimus aut omnia præmitten prout præmittimus in Dei
nomine per præsentes. Quare vobis exequutoribus ſupradictis
in virtute ſanctæ obedien et ſub excons pœnâ manda:
mus, qtus

ad instantiam praefatorum Dominorum Doctorum et Mgrorum
Study gnalis Cracouien personaliter acceden si commodè po-
teritis, al's aliquo die festo ad Populum celebri in facie Ecclia-
rum Vrarum publicè proponentes et praesentes nras lras ad Val-
uas Eccliarum Vrarum affigen omnes et singulos sua communi-
ter vel diuisim interesse quosq putan praesens tangit negotium,
seu tangere poterit in futurum: Signanter autem praefatarū Eccli-
arum Plebanos citetis quos et nos praesentibus citamus ad vi-
dendum et audiendum supradictam dismembrationem prouentuū
praedictarum in Prossowicze, et antiqua Korczin Ecclesiarum Au-
ctoritate nobis in hac parte commissa per nos approbari, ratificari
et confirmari, roburq perpetuae firmitatis desuper apponi, al's ad
allegandum et dicendum causas rationabiles quare praemissa fieri
non debeant, Terminum ipsis coram nobis Cracouiae in domo solitae
residentiae nostrae feria sexta post Dominicam Judica proximè
legittimè et peremptoriè assignantes. Certificantes eosdem sic
citatos, quod siue in dicto Citationis termino comparuerint
siue non; Nos nihilominus ad ea quae iuris et rationis fu-
erint, dante Domino procedemus, absentia seu potius contuma-
cia citatorum in aliquo non obstante. Datum Cracouiae Die
duodecima mensis Februarij. Anno Domini Millesimo Quin-
gentesimo Quinquagesimo Quarto. Nostris sub sigillis. Ca-
spar Semigrodiensis causa Notarius sst. Tenor verò
executionum à tergo earundem Citationis literarum erat
talis; Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquage-

simo

Quarto cii. Ego Franciscus Gorecki Clericus Dioecesis Cracouiensis sacra Authoritate Aplica notarius publicus tanq filius obedien personalr accedens Venerabilem Virum Dum Stanislaum Sczedzijnski Artium Liberalium Mgrum, in Prosbowicze Plebanum, Vigore prntis processus et tanquam eum cui interest Citaui terminumq illi assignaui, als feci prout intro mandatur Idem qui suprà manu propria sbst. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quarto. Die Lunæ Duodecima Martij. Ego Joannes à Nakto, altæ Sacerdos Lector Missarum Eccta Collegiatæ S. Annæ Crac. tanq requisitus et filius obediens personaliter accedens, Egregium Virum D. Doctorem Antonium à Napachanie, tanq Plebanum in Korczyn, citaui terminumq illi assignaui pro feria Sexta post Judica iuxta Vim et formam præsentis mandati. Instrumenti verò publici supradicta dismembrationis prouentuum tenor erat talis. In Nomine Domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter et sit notum, Quomodò Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quarto, Inditione duodecimâ, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domi nostri Domini Julij diuinâ prouidentiâ Papę tertij Anno tertio, Die verò Vigesima Nona Mensis Januarij, In mei Notarij publici et testium infrascriptorum ad hoc Vocatorum specialiter et rogatorum præsentiâ personaliter constituti Rndi et Venerabiles Vi-

vi

151

Domini Antonius à Napachanie Decanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani in Kleparz, et in antiqua Korczyn Plebanus, ac Almæ Vniversitatis Studij Generalis Cracoviensis Rector. Nicolaus a Sbadek, Canonicus Cracovien. Michaël à Wislicia S. Floriani in Kleparz custos. Benedictus à Cossmin, Archidiaconus Sandomiriensis, et Canonicus S. Floriani in Cleparz, Sacræ Theologiæ; Adamus Matthia, in Zuborzica Plebanus. Martinus Krokier Luczoriensis Canonicus, Iuris; Martinus à Crossna Medicinæ Doctores, Nicolaus à Budzissowo, et Joannes Leopoliensis, Artium Mgri, Præfati Domini Rectoris Consiliarij et Facultatum Decani, Recognoverunt et publice fassi sunt, se Anno proxime præterito. Die Vigesima octava Mensis Augusti, Vna cum Rndo Dno Joanne Przerembski Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis Præposito, et Regni Poloniæ Vicecancellario, tanquam per Rmum in Christo patrem et Dnum Dominum Andream Dei gratia Episcopum Cracovien. in locum suum surrogato, ad deliberandum et consultandum ac statuendum de dismembratione decimarum et aliorum proventuum ad Ecclesias parochiales in antiqua Korczyn, et Proszowice inter lectores Vniversitatis Maioris, et Minoris Collegij, Studij generalis Crac. et dictarum Ecclesiarum Plebanos

iuxta lr̃as donationis dictarum Ecclīarum parochium Vniuersitati Studij Crac per Sacram Regiam Mtem perpetuò fact Sigillo suæ Maiestatis communitarum et ma=nu propria subscript. per ipm̃ Rmum Dnm Epūm Cracl et Rectorem cum consiliarijs suis, ac Decanis facultatum fuisse congregat. In qua quidem Congregatione consultatione et deliberatione Dismembraton dictarum decimarum et prouentuum præfatarum Ecclīarum in hunc qui sequitur modum deliberauerunt, et statuerunt. Ita Vest Q Decimas Manipulares ex agris Villarum Lakn, et Szedziſtawice excrescen ad præfatam Ecclīam in antiqua Korczin spectantium Lectoribus Maioris et Minoris Collegij Studij gnalis Crac perpetuò asscripserunt et appropriauerunt. Plebano Verò in Præfata Korczin, pro tempore exnti decimas manipulares ex agris Villarum Korczin et Zukowice cum prædio, Tabernatoribus, Cmetonibus, Hortulano fluuio et Cutsowe in noua ciuitate Corczin reseruauerunt. Ratione quarum decimarum et prouentuum ipe Plebanũ in Corczyn pro tempore exns duobus Viccarijs per Vnam Sexagenam, et Ministro Ecclīæ in Korczin præfata per mediam Marcam singulis.

Decimus Corcinensis pro facultate philosophiæ reservatus.

Plebano Corcinensi

Quartualibus perpetuo soluent ac curam animarum habent perpetuo tenebitur et erit astrictus. Et quia Edificia Eccliae domus Plebanalis domorum Viccariorum et scholae in praefata Corczin sunt attrita et deteriorata Ideo ipsi Domini Lectores ex suis decimis Praefatis et Dnus Plebanus ex suis etiam prouentibus annorum proxime praeteriti praesentis et proxime futuri singuli per decem Marc pro aedificiis Eccliae domus Plebanalis et domorum Viccariorum ac schola praefat contribuere ac componere debebunt eritque summa sexaginta Marc. in posterum vero ipse Dnus pro tempore ens praedicta aedificia aedificare et reparare iuxta dispositionem iuris comunis semper tenebitur et erit astrictus. In Prossowicze vero Plebano pro tempore existenti pro praedio agrum, seu hortum pratum. Decimas manipulares ex agris praedialibus Villarum Gniazdowice, et Scritniki prouenientes, et censum ex gor domibus in Prossowicze perpetuo ex huiusmodi dismembratione reseruauerit. Decimas vero ex agris civitatis Prossouiensis et ex curia regali ac Molendino Gorski dicto excrescen et ad dictam Eccliam in Prossowice spectan. ipse Plebanus et Procur Vniuersitatis Stu-

NB.

Decimas pro Prossowiensis pro facultate philosophica.

Plebanus habet has Decimas, et census.

Facultas philos... habet cum Plebano has Decimas...

dij gnalis Crac. pro tempore ex̄ns manu coniuncta Ve-
dent et peccunia huiusmodi inter ipsum Plebanum et Le-
ctores // æqualiter // dividetur. Persionis vero annua viginti quinque
Marcas peccuniarum, qua hmoi Ecclesia in Proszowice est
onerata. Plebanus medietatem, et Universitas Studij gnalis
Crac. alteram medietatem illi cui de iure debebitur solvet.
Praeterea ipse Plebanus, et Universitas Studij gnalis Crac.
domum Plebanalem ibidem in Proszowice, ex provētibus solum
anni praeteriti ædificabunt: De caetero vero ipse Plebanus suis
sumptibus dictam domum ædificabit et reparabit. Super quibus
oibus et singulis praemissis dictus Rdus Dnus Rector, Docto-
res et Mgri Consiliarij Decani petierunt, et requisiverunt a
me Norio pubco infrato sibi confici fieri et tradi unum duo
aut plura pubcum seu pubca, Instrumentum seu Instrumen-
ta. Acta sunt haec Crac. in Col. Maiori DDr Theologorum
in habitatione praefati Rdi D. Rectoris Anno indictione
Pontificatu, Die et Mense quibus supra Prītibus tunc ibidem
discretis Viris, Alberto a Schamotuli Bedello Studij Cracovien
Prospero Storzich de Cracovia, et Georgio Gorzkowski testibus
ad praemissa vocatis specialiter et rogatis. Subscriptio Ve-

ro Notarij publici infrati sub eodem instrumento sequitur et est talis Et quia ego Caspar Jacobi de noua Szmigrod Dioc Crac. Clericus et Sacra Authte Aplica Notarius publicus supra scriptis oibq et sigulis vna cum praenominatis testibq praesens interfui eaq oia et singula praemissa sic fieri vidi et audiui ideo hoc praes publcum Instrumentum manu alterig de mandato meo fideliter scriptum exinde confeci manu mea propria subscripsi signoq et nomine meis solitis communiui in fidem oium et singulorum praemissoru rogatus et requisitq. NOS itaq Philippus Padniewski Archidiacong, et Petrus Myszkowski Scholastiq Crac. Judices Commisarij, Memorati instante praedicto Mgro Josepho Conarzewski Procuratore et in contumacia praedictoru Dnorum Antonij a Napachanie Doctoris in Corczik, et Stanislai Sedziński Magistri, in Proszowice Plebanorum citatorum et vltra horam solitam diutiq quam par fuit expectantium et non comparentium neq huiusmodi dismembratorum prouentuum impedientium praedictam dismembratorum prouentuum approbauimq, confirmauimq ratificauimq, roburq authoritatis ordinariae pariter et decreti apposuimq prout approbamq confirmamq ratificamus roburq Authis ordinariae desuper apponimus. IN QVORVM oium et singulorum praemissorum fidem et testimonium praesentes lras siue praesens publicum confirmationis instrumentum exinde fieri et per

Notarium

publicum coram nobis fact huiusmodi scribam infrascriptum scribi subscripsi, sigilliq nri iussimq et fecimq appensione communiri. Actum et Datum Crac in domo solita residentia nostra A. D. Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quarto, Inditione duodecima Pontus SSmi in Chro Pris et Dni nri D. Julij Diuina prouidentia Papa tercij Anno Sto. Die vero 16 Mensis Marcij praesentibq tunc ibidem nobilibq et discretis Viris Dnis Alexio Crocze-wski. Alberto Dalbkowski, Petro Gorski, Andrea Grabski Stanislao Gorecki testibq ad praemissa Vocatis specialr et rogatis.

Procurator Vniuersitatis arendat Decimam Magistro Vadouio.

A. D. 1600. Die verò vndecima Mai. R. D. Clemens Krupius Wielicien, Praepstus S. Nicolai extra muros Crac, Procurator Vnstis, cōparens ad Acta Rectoratq. recognouit: Quia Decimas pro Dismembratione pertinens Vidlt Praediale in Proszowice, in Łęka et Sędziszanice de agris Cmetonalib. arendauit Vnbli Dnō Mgrō Vadouio Collegae Minori pro Marcis octaginta monetae et Numeri Polonicq idq ad decursū trium Annorū immediate se sequen, Vidlt Anni praesenti 1600. at duorū sequent sexcentesimi primi et sexcētesimi 2di. quas octaginta Marcas pro Festo Natiuitatis Dni semper soluere sub poena Excois tenebitur. Ex Actis R. D. Nicolai Dobrocieski. V.I.D. Crac Sendom Cancl, p 122. extracti.

A. D. 1658. Pensio ex Plebanatib. Facultati Phicae dari solita, à Plebanis locorū per Procuratorē Vnstis extorqueatur et tandem inter DD. Professores pro ratone laborū distribuatur. Concto Vnstis p 74. N. 3.

48

In decanatu Magistri Ioannis Cochleri Szremen, ex mandato Magnifici Domini Rectoris Martini Pilsnensis, confirmatio dismembrationis prouentuum Plebanatus Przemekowien, per Reuerendissimum Dominum Petrum Myskowski facta, ex priuilegio in librum Statutorum Facultatis Artisticae descripta.

PETRUS MYSKOWSKY :

Dei gratia Episcopus Cracouien vniuersis et singulis quorum interest, aut quomodocunque, aut quandocunque interesse poterit, notum facimus, et praesentibus significamus ac veramque et indubitatam notitiam deducimus, quomodo coram nobis personaliter constituti Reuerendi ac Venerabiles viri. Martinus Glicius Pilznen Ecclesiarum Cathedralium Cracouien Wratislauien Canonicus, ac Almae Vniuersitatis studij generalis Cracouien Rector. Stanislaus Prziczemius, Decanus. Nicolaus Bozecinius Custos Ecclesiae Collegiatae Sancti Floriani in Clepowz. Sacrae Theologiae Doctores. Sigismundus de Stezyca Ecclesiae Cathedralis Cracouien Canonicus, Iacobus Gorski Metropolitanae Gneznen Archidiaconus, et Cathedralis Plocensis Canonicus, ac Praebendarius Capellae Sanctae Mariae Magdalenae Iurisprudentium. Stanislaus Zaunacius Picus Consul Crac. Martinus Fox Medicinae Doctores, et earundem facultatum in Vniuersitate Crac professores Ioannes Szremensis, Andreas Zielenscius, Stanislaus Curelouien. Stanislaus Sqmerniouien. Petrus Slonacius. Adamus Wrilnensis, Artium Magistri Maioris et Minoris Collegij Collegae facultatum decani. Et Consiliarij praefati Domini Rectoris recognouerunt et libere atque publice fassi sunt se in publica Conuocatione secundum consuetudinem in Schola per Dominum Rectorem Vniuersitatis facta die vigesima tertia Ianuarij in anno praesenti proxime praeterita, deliberationem et consultationem fecisse sub rati habitatione et approbatione nostra demum apponenda super dismembratione Decimarum, et aliorum prouentuum, ad Ecclesiam Parrochialem et ipsius Plebanum

pro temporem Przemekow futurum, inter Venerabiles professores
Vniuersitatis Maioris et Minoris Collegii Studij generalis Crac.
& Venerabilem Mgrum Ioannem Musenium Sacrae Theologiae
Sententiarum, Ecclesiae Collegiatae Sancti Floriani Canonicum
et dicti Plebanatus in Przemekow Modernum possessorem. Quam
quidem Dismembrationem Decimarum et omnium prouentuum fererit,
eo quem scripto porrexerunt modo. Anno Dni. Millesimo Quin
gentesimo. Septuagesimo Octauo, die vero Vigesima tertia Ianuarij
in Conuocatione Seniorum Patrum, Decanorum omnium facultatum
et Consiliariorum more consueto, in Schaeda per Dominum Rectorem
Vniuersitatis facta sub ratihabitatione & approbatione Rndissimi
Dni Petri Myskowsky. Dei gratia Episcopi Crac. huic actui apponen-
da iuxta literas donationis Ecclesiarum Parrochialium in Pro-
bowicze, & antiqua Corczin, atque Przemekow, Vniti Studij
Generalis Cracouien. per Sacram Mtem Regiam Sigismundum Au-
gustum perpetuo factam sigilloque suae Mtis communitam & manu
propria subscriptam, deliberatum & Consultatum est de dismembra-
tione Decimarum & omnium prouentuum Plebanatus dicti
Przemekouien. & ex vnanimi omnium consensu conclusum est, hoc modo.
Diligenti facta reuisione omnium prouentuum & redditum Plebanatus
Przemekouien. per deputatos a D. Rectore, Decanis, Consiliari-
is Vniuersitatis in Przemekow descendentibus, & omnia oculis
subijcientibus ex eiusdem loci & villae Plebanalis Kijany Cmetho-
nibus, ex domestica ibidem familia veritatem indagantibus
eandemque in praedicta Conuocatione tam dicto quam scripto pro-
ferentibus longa & diligenti matuaque deliberatione praehabita.
et eo diligentissime attento ne Ecclesia Przemekouien. & Plebanatus
ipsius atque ministrij competenti commoditate sua defraudarentur
decretum & Conclusum est per D. Rectorem Vniuersitatis: ut Ple-
banus perpetuis temporibus pro tempore existens. totum & integrum
Parochiae & Plebanatus Przemekouien. ius a Loci ordinario ipsi
commissum & pro tempore committendum habeat. et ex prouentibus eius-
dem Plebanatus fructum, hoc est agros omnes, excepto Laneo,
qui ademptus est ad Capitaneatum nouae Ciuitatis Corczyn, de
quo recuperando apud Serenissimum Regem, tam Plebanus, quam
Professores Theologiae & artium erunt solliciti, hortos quoque, piscinas,
stagna, prata, & syluae vsum pro necessitatibus suis domesticis
habeat, & villam Kijany cum laboribus Cmetonum, atque eam
pro eminenti & necessaria Plebanali utilitate possideat. disponat,
& plenam superioritatem, citra tamen praeiudicium & grauamen sub-
ditorum teneat. In quo Casu liberum erit praefat. Subdit. &

Cmetonibus in Kiiany, pro auxilio et consilio recurrere ad Dnum
Rectorem Univtis et ipsius Consiliarios pro tempore existen. Rationem cu-
ius fundi, et reliquorum comodorum ministris templi, Scholae stipendium
atque salarium semper persolvere tenebitur, et curare, ne quis in cura
animarum et bonis moribus defectus fiat, sed ut integritas fidei et religi-
onis puritas conservetur. Omnes autem reliqui proventus ex censibus
quos Plebanus colligere et exigere debebit, per Cmetones villae
Kiiany, per hortulanos, tabernatores, molitores ad praefatum ple-
banatum pertinen. dari solitos, atque cum omnibus decimis tam a subdi-
tis quam a parrochianis et vicinis quibusvis antiquitus ad eundem
Plebanatum pertinen. ita sunt divisi, Si Plebanus resignata Collegiatura
in Parrochia et Plebanatu Przemikowien. habitare et resi-
dere personaliter voluerit, habeat duas partes proventuum in censibus
et decimis proxime enumeratis: tertiam autem partem eorundem Magri
Majoris et Minoris Collegij, qui artium et Philiae studia pro tempo-
re profitebuntur: Sin vero accepto Plebanatu in Collegio habitaverit
tertiam tantum partem habeat proventuum praedictorum, eumoneri,
bus supra specificatis. duas vero partes habebunt praedicti professores.
In vendendis autem decimis omnibus et singulis semper adhibebit Procu-
ratorem redditum Univtis Dominus Plebanus. pecuniae vero sive duarum
partium sive tertiae, tum ex censibus et dationibus pro festo S.
Andreae Apli: ex decimis vero per medium Plebani persolutis do-
minis professoribus in manus Procuratoris redditum Univtis, pro festo
S. Trium Regum, semper dabit, sub poenis excommunicationis per
Loci ordinarium de plano et sine terminorum observatione ad instantiam
Procurator redditum Univtis pro tunc futuri decernen. Ne autem
Plebanus Przemikowien. modernus et pro tempore existens incommodum
aut detrimentum aliquod patiatur in re familiari et pecoribus, Si
decimae in horreum ipsius convectae non statim triturentur, licebit eidem
Dno Plebano praeter fruges ex agris Plebanalibus ipsi assignatas
provenien. usum acerorum decimae convectae trituratorum sicutia et
requisitione procuratoris redditum Universitatis: Cum quidem Procu-
rator et Plebanus triturationem hanc fideli providentia sua com-
putabunt in coretos et ad forum tunc civitatum applicabunt, to-
tumque proventum ex tali acervo summae totali pro decimis colli-
gendae, dividere Plebanum et professores circa festum Sanctorum trium
Regum dividendae adiunget. — Ne autem aedificia templi,
domus Plebanalis, Sacerdotum, et Scholae, per negligentiam reparati-
onis desolentur, pro ejusmodi aedificijs, qui partes duas proventuum
percipiet: duas etiam partes: qui vero tertiam tantum partem percipi-
et, unam similiter partem expendet. Sin autem Contributio vel Exactio
aliqua in Synodo provintiali vel Dioecesana aut in Comitijs regni

Procurator Universitatis attendere debet ad decimas pro re Univ. et ad aliorum Plebanatus.

Solvit Plebanus Contributiones.

fuerit decreta. Plebanusq[ue] manserit in Collegio. tertiam tantum
dabit partem, et professoribus duas. Si vero manserit in Plebanatu
et Parochia ipsius dabit duas partes et professores tertiam. Simi-
literq[ue] fieri debebit de impensis in iura et lites atq[ue] defensa, si quas
fieri occasione huiusmodi vel decimarum vel reliquorum proventuum,
quorumq[ue] tempore contigerit. Quamquidem dismembrationem proventuum
et bonorum Plebanatus Przemykowiensis, ut nos authoritate Ordina-
ria et potestate iuxta literas donationis Sacrae Maiestatis Regiae
nobis concessa approbaremus, confirmaremus, ratificaremus, robor-
q[ue] perpetuum pariter et decretum apponeremus. tam professores
quam Plebanus praedicti nobis supplicarunt. quorum supplicationi,
ut honestae itaq[ue] utili et competenti libere annuimus. Verum tamen
nihil in talibus praecipitanter agere volentes, ne per nostri Confirmationis
tenorem decretum, alicui in suo iure praeiudicium facere videremur
ideo nostras Cittationis in vim Edicti literas contra omnes et singu-
los sua communiter vel divisim interesse habere putantes ad praemis-
sa signanter auditurae Ecclesiae Plebano decrevimus, aut omnia
praemissa, prout statim in Dei nomine praemisimus. Quibus legitime
ut evidenter patuit, executis et per Decanum et Consiliarios
facultatis Philosophicae nomine Rectoris et Consiliariorum
Universitatis, anno quo supra: die vero Nona Mensis Iulij coram
nobis reproductis. et quod iuris est iuxta literas Edictae fieri
petentibus. praefatoq[ue] Ioanne Cvrclomien. in Przemekow Plebano
ad omnia personaliter consentiente: Nos PETRUS MISKOW-
SKI. Dei gratia Episcopus Cracoviensis ad instantiam eorundem Decani et Consilia-
riorum facultatis Philosophicae Universitatis Cracoviensis personaliter consentiente
Venerabili Magistro Ioanne Cvrclomien. Plebano tunc Przemekowien.
et non obstante contumatia aliorum cittatorum se putantium in-
teresse habere ad praesens negotium et ultra horam solitam diu-
tius quam par fuit expectatorum. et non comparentium neq[ue] huius-
modi dismembrationem proventuum Plebanatus Przem[...]owien. per se
vel per procuratores suos impedientium eandem dismembrationem
sic ut praemissum est facta in omnibus praemissis articulis et conditi-
onibus approbamus, confirmamus, ratificamus. roburq[ue] authorita-
tis Ordinariae. pariter et decretum perpetuae firmitatis apponi-
mus. Datum Cracoviae. Die XV. Mensis Iulij. Anno domini Millesimo
Quingentesimo Septuagesimo Octavo. Praesentibus Reverendis et
Venerabilibus D. D. Christophero Pochoslij Gnesnen. Cracovien.
Ioanne Galezinskij Cracovien.: Martino et Stanislao Skarszew-
skije Plocen. Canonicis aliisq[ue] multis familiaribus no-
stris ad praemissa testibus &c.

Donationes à Serenissimis Regibus Poloniæ, trium Parochiarum incorporatarum
V. Facultati Philicæ, sunt inscriptæ in Libro Privilegiorum Collegij Minoris.
Cæterum Contractus de Decimis facti, conscripti, asservantur in cista Facultatis Artistarum


STATVTA FACVLTA
TIS ARTISTICE
1554